



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Quibus modis consecratio, & benedictio a mittitur. Cap. Vlt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

secreta, ut constat ex cap. solemnitates de consecr. dist. 1. & ideo tunc poterit a solo Sacerdote reconciliari gl. los. commun. recepta in c. vlt. ver. lauetur de Consecr. eccles. hoc tamen intellige quoad ecclesias inferiores, non autem quoad Cathedram, quæ semper presumuntur consecrata; & ideo a solo Episcopo erit reconcilianda Ricc. in Prax. et supn. p. 1. ref. 479.

§. III.

Cuius expensis reconciliatio Ecclesia polluta fieri debeat.

Resp. quod debet fieri expensis eius, qui illam violauit, si certus sit; si vero violans nescitur, vel est pauper, reconcilianda est expensis Parochianorum Ricc. in collect. dec. 3264. p. 8. vbi vero adest in hoc particularis consuetudo, vel statutum, seruari debet, ut d. idem Ricc. in collect. dec. 2247. p. 6.

§. IV.

Quam punam incurrat celebrans in ecclesia polluta.

Alij dicunt, celebrantem in ecclesia polluta ante reconciliationem esse interdictum ab ingressu ecclesie, ita Lap. quem refert, & sequitur Syll. ven. consecratio 2. n. 9. per cap. Episcoporum de Priuile. in 6. Alij censent, illum esse suspensum, ut Azor. & Graff apud Bonac. tract. de matrim. q. 4. pun. vlt. num. 26.

Alij putant, celebrantem incur-

rere irregularitatem, ut d. Hostien. in cap. vlt. de Consecr. dist. 1. quem refert Megal. var. ref. to. 2. ref. 168. nu 16. & ita etiam sentire videtur Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 262. vbi dicit, Sacerdotem esse irregularē, si celebraret contra prohibitionem superioris, qui expressè interdiceret celebrationē diuinorum in loco violato.

- 20 Verum licet in tali ecclesia ante reconciliationem diuina officia celebrari non possint, nec mortui sepeliri, ut in cap. vn. de consecr. eccles. in 6. tamen qui talia ageret, nullam ex dictis penit. incurreret, cum non sit in iure expressa Megal. loco cit. n. 17. Nau. cap. 25. nu. 83. Bonac. qui de communione testatur in tract. de matrim. d. q. 4. pun. vlt. nu. 26. vbi citat Sayr. lib. 5. de cœfur. cap. 14. num. 36. Henrig. lib. 9. capit. 27. num. 7. & alios. quia tamen hæc faciendo temere agit cap. 15. qui de sent. ex comm. in 6. ideo potest suspendi iuxta cap. tuarum de Priuile. vel alia pena extraordinaria erit puniendus, ut d. Megal. d. ref. 168. n. 17. vbi alios refert.

SUMMARIUM.

- 1 Ecclesia antiquam consecrationem quando amittat.
- 2 Quid si tectum ecclesie corruebit.
- 3 Et quid si parietes ecclesie paulatim per partes decidant, & paulatim reparentur.
- 4 An cimiterium violetur per parietum reparationem, vel constructionem.
- 5 Ecclesia consecrata iterum con-

sec-



- scranda non est; sed reconcilianda.
A quo reconcilianda sit, si polluantur ibid.
6 An ante reconciliationem possint in tali ecclesia celebrari diuinæ officia.
7 Altare si semel violetur, est iterum consecrandum.
8 Quomodo altare execratur, & num. 9.
9 Execrata ecclesia non execratur altare, polluta tamen ecclesia altare etiam censetur pollutum, & quomodo hoc intelligatur.
10 Calix, & patena quando execrantur, & nu. 12.
11 An si stola fiat de planeta benedicta, debeat iterum benedici.
Quid si de stola fiat manipulus. ibidem
12 Quid si sacerdos bona fide celebriavit cum calice, aut patena non consecrata, vel cum vestimentis nondum benedictis.
13 An Abbes regulares possint benedicere campanas, calicos, corporalia, & vestes ad usum ecclesiarum sibi nova subiectarum.

C A P. V L T.

Quibus modis disconsecratio, & benedictio amittitur.

- 1 Ecclesia antiquam consecrationem tunc amittit, si totum ædificium sive casu fortuito, sive consulto in totum destruatur quoad tectum, & parietes, ut a glori cons-

muniter recepta in cap. de fabrica ver. innouata de consecr. dist. 1. idem que dicendum, si corruat maior pars ecclesiæ glori in cap. proposuiti ver. reconciliari de consecr. eccl. Pia sec. in Prax. Epis. par. 1. cap. 5. num. 4 Barbos. de offit. & pot. Epis. par. 2. all. 27. num. 13. aut si parietes ecclesiæ ab igne in totum, vel in maiori parte combusti fuerint cap. eccl. sjs. ubi glori in ver. exusta de Consecr. dist. 1. glori in d. cap. proposuiti Sylu. in ser. consecratio 2. num. 4. quando scilicet ita combatuntur, ut destruantur, vel decrufentur, cōsecratio enim ecclesiæ ineft in Crux parietum, ubi limitio, & crucis sunt, ut post glori in d. cap. eccl. sjs. d. Sylu. loc. cit. & alijs apud Barbos. d. all. 27. nu. 13 & 38.

Hoc tamen non procedit, si solum tectum corruerit, aut combustum sit integris, aut illæsis remanentibus parietibus, vel in totum, vel pro maiori parte; tunc enim ecclesia execrata non censetur cap. ligneis ubi glori de Consecr. eccl. etiamsi aliqua pars parietum consumpta fuerit, dummodo modica sit glori in d. cap. proposuiti ver. reconciliari eod. titul. quod arbitrio Episcopi relinquitur, ut post Host. dicit Pia sec. d. p. 1. cap. 5. num. 4.

- 3 Secundò neque effet reconserenda ecclesia, si parietes pauplatim per partes decidant, & pauplatim reparentur, etiamsi cursu temporis via uera materia, quæ antea erat, modò non extet, sed noua in totum superuenerit; hoc enim casu ad summum aquæ tantum

tum benedictæ aspersione esset exorcizanda glos. in d. c. proposuisti ver. reconciliari, & in d. cap. de fabrica ver. innovata Sylu. loco cit. n. 4. vers. tertius est Barbos. d. par. 2. all. 27. nu. 19. dicitur enim semper eadem Ecclesia , sicut Populus censetur semper idem , licet 7 aliqui nascantur , & moriantur alij; & idem patet de eodem animali , cuius partes continuè corruptiuntur per calorem naturalem; & generantur per potestiam nutritiuan , ut notatur in l. pro- ponebatur ff. de Iudic.

Hoc tamen intellige , quando pars addita est minor: Iesus si modice parti parietis ecclesia consecrata addatur magna pars, quia pars maior non trahitur ad formam partis minoris , sed ē contrario Azot. par. 2. lib. 9. c. 4. quest. 6. quem refert, & sequitur Bar- bo. d. all. 27. num. 19.

4 Tertiò cœmeterium nunquam violatur per parietum reparatio- nem, aut eorum constructionem, vel disruptionem, ut d. Sylu. in ver. consecratio 2. nu. 6. in fin.

5 Quartò si ecclesia iam consecrata polluat, iterum consecranda non est, sed reconcilianda per proprium Episcopum, aut alium Episcopum de ipsius licen- tia cap. proposuisti de consecr. eccl. si vero ecclesia consecrata non fuerit, poterit simplex sacerdos ipsam reconciliare cum aqua à se ipso benedicta absque alia Epis- copi licentia cap. si ecclesia eod. tit. Et dicunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 4. ref. 91.

6 Addit Piasec. d. p. 1. cap. 5. nu. 5.

quod vbi reconciliatio haberi nō posset per Episcopum, potest Ec- clesia polluta lauari aqua exorci- zata , & ibidem interim celebra- ri, donec reconcilietur per Epi- scopum per text. in d. cap. si eccl. de consecr. eccl.

Si vero altare samel violetur, non reconciliatur amplius , sed iterum est consecrandum sive sit solo fixum, sive portatile Piasec. loco cit. d. cap. 5. nu. 8. vers. violatur altare.

Sed quæres, quomodo altare execratur? Resp. quod altare tam fixum, quam portatile execratur, si fuerit enormiter Iesum, vel sigillum, sub quo reliquie co- dantur, frangatur: vel si lapis, sub quo sunt reliquie, amoueat Sylu. in ver. altare num. 6. Bar- bo. d. par. 2. all. 27. num. 25. & seq. vbi etiam notat, quod sublatis reliquijs altare execratum cense- tur, quia in altaris consecratio- ne reliquie sunt ponendæ; id autem relinquitur iudicio Episcopi, qui ex re oculis subiecta facilis di- gnoscere potest , num violatio sequuta sit, vel non Sylu. & Piasec. locis proximè cit.

Præterea altare fixum execra- tur, si mota fuit iunctura, qua mensa stipiti adheret: vel si quid de lapidibus stipitis tangens ip- sam mensam moueat: quia consecratio altaris præsertim in- telligitur esse in coniunctione mensa, scilicet lapidis superioris, & strueture inferioris glos. in cap. si motum de consecr. dist. 1. Sylu. in ver. altare num. 6. Barbo. d. all. 27. num. 26. idem dicendum, si men- sa

si principialis altaris de loco mouetur, si sit affixa altari; secus si mensa huiusmodi nunquam fuit affixa, sed solum supraposita altari: tunc enim ea mota cum fibi adhærentibus non execratur altare, quia ipsa mensa tunc est altare portatile, quod de uno loco ad alium deferri potest sine execratione illius glof. in d. cap. si motum Sylu. in ver. altare num. 7.

10. Sed obserua, quod execrata ecclesia non execratur altare, quia consecratio ecclesiae consistit in parietibus, & separata est à consecratione altaris, ut dicunt DD. apud Barbos. d. p. 2. all. 27. nu. 26. polluta tamen ecclesia altare etiam pollutum censetur, quia pollutio concernit totum corpus ecclesiae Sylu. in ver. altare vers. fin. vbi hoc intelligit de altare stabili, non autem de portatili.

11. Similiter calix, & patena execrantur, si amittant formam suam, vel si notabiliter frangantur ita ut non possint inseruire ad usum praefixum Sylu. in ver. calix num. 2. & alij communiter; idemq. dicendum est de vestibus sacris, ut de Amictu, Alba, cingulo, manipulo, stola, & casula, ut d. idem Sylu. in ver. benedictio num. 6. Lezan. in Sum. to. 4. ver. vestes sacrae num. 5. quanam vero censeatur notabilis fractio, remittitur arbitrio Episcopi, ut supra diximus.

12. Item consecrationem amittunt, quando deaurata sunt, & iterum postea deaurantur: tunc enim iterum debent consecrari, quia consecratio calicis, & patenæ fit præcipue propter contactum eorum.

poris, & sanguinis Christi Domini: posita autem noua deauratione contactus non potest fieri in parte consecrata, cum aurum additum non sit consecratum Azor. inst. mor. par. 1. lib. 10. cap. 28. q. 4. Vgolin. de Potest. Episc. cap. 31. n. 3. vers. 2. Reginald. in Prax. for. p. 29. lib. 29. num. 199. & alij quos refert, & sequitur Barbos. d. par. 2. all. 27. num. 38: & hec est communis opinio: . alij tamen contrarium sentiunt, quia illa noua deauratio censetur consecrata eo ipso quo consecrata additur, ita tenet Layman. in Theolog. mor. lib. 5. tr. 5. c. 6. num. 7. Coninch. de Sacram. q. 83. art. 3. dub. 3. num. 246. quos refert Dian. par. 2. tr. 1. ref. 3. quibus adde Sylu. in ver. Calix. nu. 2. vbi dicit, consecrationem ita esse in superficie auri, ut etiam remaneat in argento, præsertim cum aurum subtiliter in calice circumponatur; unde per nouam deaurationem non execratur; quemadmodum neque ecclesia per dealbationem; quare haec opinio mihi probabilis videbatur, & tuta in praxi.

13. Ex dictis sequitur, quod si stola fiat de planeta benedicta, debet iterum benedici; quia tunc forma mutatur, ut d. Fus. & Vgolin. apud Barbos. d. p. 2. all. 27. n. 45. secus si de stola fiat manipulus, vel de manipulo stola, tunc enim iterum non benedicuntur, quia non videntur differre in forma, nisi quod unum est altero breuius Sylu. in ver. benedictio n. 6. Lezan. in Sum. tom. 4. ver. vestes sacrae n. 6. & est communis.

14. His adde, quod si Sacerdos bona

bona fide celebrauerit cum calice, aut patena non consecrata, aut cum vestimentis nondum benedictis, poterunt alijs Sacerdotes cum ijsdem rebus ritè celebrare: quia per primam celebrationem bona fide factam consecrata, seu benedicta remanserūt; quemadmodum ecclesia polluta censetur reconciliata, si in ea bona fide ab aliquo Sacerdote celebratum est, ut dicunt DD. quos refert, & sequitur Dian. p. 1. tr. 14. ref. 69.

35 Quares, an Abbates regulares possint benedicere campanas, calice, corporalia, & vestes ad usum alterius loci, quam proprij monasterij? Resp. negatiuè per capit. Abbates iuncta gloss. in ver. tonsuram de Priuileg. in 6. nisi habeant specialia priuilegia, quibus Concilium Tridentinum nequam derogasse resoluit Sacr. Cong. die 10. Nouembris 1484. teste Dian. p. 3. tr. 2. de Dubijs Regul. ref. 15. & notat etiam Barbos. de officio & pot. Episc. par. 2. d. all. 27. nam. 36. vbi refert, huiusmodi priuilegium, suisse ab Innocentio VIII. anno 1489. ad petitionem Ioannis Abbatis Cisterciensis concessum illi, & quatuor primis Coabbatis eius. Refert etiam Sorb. in ver. Benedicere, eundem Pontificem anno 1487. concessisse Prioribus Congreg. S. Iustine, & Vicariis in absentia Priorum, & cuilibet ha-

benti principale regimen cuiuscunq. monasterij, ut benedicere possint corporalia, vestimenta, ceteraque ornamenta ecclesiastica ad cultum diuinum pertinentia, tam pro vñst proprij monasterij, quam aliarum ecclesiarum.

An vero aliae Religiones participates frui possint huiusmodi priuilegio? negat Ludou. Mirand. quem refert, & sequitur Barbos. d. par. 2. all. 27. num. 36. Dian. par. 3. tr. 2. ref. 15. in fin. Sed quoad corporalia, & vestimenta, & alia ornamenta ecclesiastica, in quibus vñctio non requiritur, affirmat Sorb. loco cit. ita etiam posse Abbates, & alios Prelatos regulares ex consuetudine legitimè prescripta benedicere corporalia, atque alia paramenta etiam ecclesiæ non suæ, in quibus similiter vñctio non requiritur, tenet Sylu. in ver. benedictio num. 5. vbi etiam subdit, quod ex vi huiusmodi consuetudinis non possunt benedicere calicem, quia haec benedictio ratione vñctionis est ordinis episcopalis, & ideo prescribit nequit cap. aqua de Confér. Eccles.

Obserua tamen quod Sacr. Congregatio Prelatis Regularibus prohibuit, ne possint benedicere paramenta ecclesiarum sibi non subiectarum, etiam si ad sit consuetudo in contrarium, ut refert Dian. d. p. 3. tr. 2. ref. 40.

Finis Libri Primi.

10.

peus, puerulus, iugularis, cuncte
cuncte, maturitas, et apergitur
brevius, ciborum, levioribus,
cunctis, omnibus, ciborum
cunctis, quibus, dicitur, de
cunctis, quibus, pueris, monitum;

dicitur, satis, in cunctis, pueris.
An auctoritate, istiusmodi
brevius, ciborum, levioribus,
maturitas, et apergitur
brevius, ciborum, levioribus,
cunctis, quibus, dicitur, de
cunctis, quibus, pueris, monitum;
dicitur, satis, in cunctis, pueris.
A deo, in deo, satis, in
cunctis, quibus, dicitur, de
cunctis, quibus, pueris, monitum;
dicitur, satis, in cunctis, pueris.
Cunctis, quibus, dicitur, de
cunctis, quibus, pueris, monitum;

deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;
deinde, pueris, monitum;